



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XCIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

descendens. in bonis & rebus feudalibus. ut c. 1. de success. feud. & c. 1. de gradibus succed. in feud.

Amplia. ut nec etiam filii naturales legitimari. ut c. naturalis. si de feudo fuer. contro. & glo. in c. 1. de nat. succed. feud. Cyn. in auct. sed & si quis. C. de secund. nupt. Guid. Papa q. 59. nu. 1.

Fallit nisi hoc pacto feudum fuerit acquisitum. ut etiam filia deficientibus masculis in feudum succedant ut. c. 1. & quia uidimus de grad. successi. & de iis qui feud. dare possunt. & ibi Bal.

Fallit etiam quando mulier est nominata in instrumento inuestiturae, quia tunc ratione denominationis suae personae est capax bonorum feudalium. secundum Henr. Boyc. in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Host. in summa de feud. §. apud quem. & late Ias. Bal. & Aluar. in c. 1. de success. feud. & in Gallia feudum est ad instar patrimonii, & alienari potest. secundum Boe. q. 202. num. 3. & q. 114. nu. 12. & 13.

Fallit etiam quando in inuestitura facta de bonis feudalibus dictum fuit pro se & haeredibus suis utriusque sexus, quia tunc tam Mares, quam foeminae sunt capaces d. bonorum feudalium. secundum Cor. consi. 199. ubi Rom. vol. 2. col. 13. Afflic. deci. 305. nu. 15. 16. & 17. quia ex conventionione feudum acquiratur. secundum Affl. & Bal.

### REGULA XCIX.

Mulier uxorata tenetur operari marito, & eo uita functo tenetur operari eorum haeredibus, si ab eis alimenta recipit: sicut & filius si operatur patri. uictum habere debet Corf. sing. in uers. uxor. licet fuerit dictum Bal. in l. si uxorem nu. 6. C. de cond. insert. & in auct. ex testamento. C. de collat.

Fallit si transit ad secunda uota, quia eo tunc tenetur operari i. uiro. cui adheret & a quo habitationem uestes & alimenta recipit & cui etiam parere necesse hab. et. &

H 3 ideo



ideo perdit tutelam filiorum, & excluditur a spe successio-  
nis filiorum, secundum Corn. confi. 113. e. col. 2. uol. 1.  
& contristatur anima primi mariti per transitum ad 2.  
ta. ut in auct. de nupt. §. quæ uero. Roma. sing. 2 §. 1. in  
tu scis. num 2.

2. Fallit quando mulier constaret acquisiuisse ex sua in-  
stria. & ex suis iustis laboribus, ut quia esset nutrix chi-  
gica obstetrix, uel Baylla, seu lanifica, quia quicquid ac-  
quirit ex istis operibus. sibi & non uiro dicitur acquirere.  
& ad præceptum uiri negotiari non tenetur, præterquam  
in obsequialibus & reuerentialibus secundum Alex. confi.  
133. uol. 4. inci. uere crudelis. n. 4. & Boe. late. q. 8. l. 1. n. 4. & 1.

### REGULA C.

Maritus laycus an decimas per prescriptionem acqui-  
rere possit, aut alia spiritualia, tu tene indubitanter q  
non. Ita tenet Io. Aud. in c. 2. de præbend. in 6. Ratio quia  
in istis spiritualibus non prescribitur, etiam per tantum  
tempus de cuius initio non sit memoria in contrarium  
quia spiritualia possideri non possunt per laycos. Abb. 1  
c. quanto i. not. de consu. Ant. de Bur. in c. peruenit de cen-  
sibus. col. 6. Bal. in l. omnes in fine. nu. 3. C. de prescrip. 30  
annorum & consequenter prescribi nullo modo possunt.  
Ita Felin. in c. causam nu. 2. uerfi. limita. 2. de prescrip.

1. Fallit quando laycus est in possessione spiritualium per  
tantum tempus de cuius initio non extat memoria in con-  
trarium, quia diuturna possessio. cum fama, inducit for-  
mam priuilegii, ita q̄ retinendo & possidendo spiritualia  
inducitur non solum prescriptio, sed præsumptio priuile-  
gii probata ex longa fama. Ita Card. Bal. & Imol. in c. 1.  
apostolicæ, de iis quæ sunt a prælat. col. 9. uerfi. non ob-  
stat. Gemin. in c. 2. §. sane de decimis. in 6. Oldr. confi. 2. q.  
de iure d. Cardin. in clem. 1. in princ. 20. q. de neglig. præ-  
lat. Anch. confi. 157. in quæ eccl. ad finem q̄ not.
2. Fallit etiam quando laycus est inuestitus de decimis  
ante Concilium, quia si laycus potest eas contra spiritum